De morbis, qui per Frankliniensem comitatum publicè grassati sunt, anno MDCCCXXII, inter Martii et Septembris menses.

"Quid verum atque decens, curo, rogo, omnis in hoc sum"
Hor: Ep: 1.

Inter montium duas series comitatus Frankliniensis jacet; qui ex cursu istorum montes septentrionales, austrini appellantur, et triginta milliaria longitudine et viginti latitudine comprehendit. Celsis arboribus vestiuntur, sunt isti montes magni, et varietate florium et pascui distinguuntur; pastoribus et suis gregibus prabentes fabulosos, jucundos, copiosos recessus. — Fertilis est convallis, præcipuè consistens è terra calcinata et benè humectata, rivulis pulchrè recurvatis inter prædia plerumque. — Soli ubertas et valetudo incolarum istius plerumquè est talis, ut nominata sit "Vallis salutis et copiæ". Etiamsi istius incolæ vivunt in terra dotata illis naturalibus et commodis inæstimabilibus, non eximuntur malis, quæ Epimethei percuriosa uxor edebat. Opportunum sit, antequam hanc historiam incipio, dicere, ut in au-

tumno MDCCCXXI noster comitatus febre intermittente infestatus est, in fere aliqua re sui speciei pertinentem descriptionem habente, tamen in partibus comitatus nonullis insolita vi furebat morbus, terribilem cladem edens et similis fluctibus turbidi diluvii tumidis repugnantiam diridebat. — Hanc febrem torpor intestinorum magnus comitatus fuit. — Posterior hiems, plerumque estimabatur per frigida. Cum lenitate Martius incepit. Per mensem permutabilis aer fuit, sed sua solita tumultuosa nota certe aliquanto mollita est. Inusitate jucundi fuerunt menses Aprilis et Maii, et magnopere pervigebat vegetatio. Sæpè transiens mihi nuntiavit viator, ut attracta erat sua cura copiosâ comitatus agrorum Frankliniensis viriditate, et floridorum pomariorum luxuriosa ornatu, vicinis comitatibus praecellente. — Universus prospectus fideles agricolas animavit, concipiendo gratam spem fruendi suis oneratis horreis redundantiâ autumnalium fructuum. — Notanda est per has tres menses, solus fragor tonitru erat auditus, ideo vulgaris sententia tonitru vegetationem instigante erat improbata. — Ver nostrum fuit tale,

cujus morbos nunc enumerare procedam.——

Circiter Martii initium apparebat catarrhus cum levi dyspnœa stipatus, opprimente dolore, vel super oculos magna gravitatis sensu, in auribus angoris sensu, sæpe ægrum faciente edicere suam primariam hanc esse et aliquando solam querelam, citato pulsu, et interdum cum lassitudine àt nausea incepit morbus.— Sita progredi hæc symptomata exaggerata sunt.— Augebat dyspnœa in fronte dolor vèl gravitas gravissimus fiebant præsertìm in inclinatione, violentèr aures dolebant et narium, oculorum, faucium et Bronchiorum fluxio accidebat; plenus et frequens erat pulsus dura et sicca tussis.- Liquidi Laudani magna dosi cum vino Antimoniali (pùta, quinquaginta vel sexaginta gutta è pristino, et viginti vel posteriorē quadraginta) horâ decubitus sumpta, pediluvio, inter laneas lodices ægro recumbente, et subsequente die restricto in cubiculo, in limine fere semper morbus coercitus est. — Sed ingresso morbo cum gastrici afflictus symptomalibus, vidilicet anorexia, nausea etc. Emetica Pulv: Ipecacuanha vel Tart: Antimon et Potassa

secuta cathartico mercuriali, in salso edidit faustissimum effectum. _ Ista symptomata quæ secundum gradum, seu progressum delineabant promptam et repetitam venasectionem exigebant cum catharticorum usu. His modis, pulsu tardiore et molliore facto; lenia Diaphoretica (videlicet Aq: Acet: Ammon: vel Spt. Nit: Ætheris cum vino Antimoniali) idoneum regimen sanationem perficerunt. _ In auribus dolorem mitigare, qui ægrum reddebat sæpe miserabilem inenarrabiliter, applicatio vesicatorii post aurem dolentem et lixivium injicere per syringem tepidum è sapone compositum et aquâ pluvia" efficacissimi fuerunt modi. Istius methodi efficacia fuit talis, ut solamen àb illo èx affectione excruciatissima constantèr acquisitum est. —— Per mensis Martii posteriorem partem increscebat morbus, similis Doctoris "Willan "Roseola Æstiva" cum vehemente iste incepit lassitudine, anorexia, nausea, et vomitu aliquando, cum levi horrore febre secuta, quæ mane remittebat, et vespere exasperabat, inquietudine, depresso plerumque pulsu et frequente, et in nonullis casibus, ptyalismus spontaneus superin=


-ductus fuit. _ Inter diem tertiam vel quintam apparuit eruptio, in maculis coloris coccini enormibus erupit, sed cito roseum colorem assumpsit, vix eminentes erant, et ab= euntes in squamulis parvis furfuraceis cum pruritu in= tolerabili, relicta nulla cicatrice. _ Non fauces affecti fuerunt, sed levis plerumque tussis stipavit. _ Pleri= que in familia incipiens illo suorum juniorum so= ciorum aggressi fuerunt. Eo præcipuè inter primos vel duodecimos annos ætatis liberi subjecti fuero; sed sub isto tenellas mulieres vidi. _ Empiricis et vulgaribus morbus designabatur. "Rubeola Gallicana." Quòd stoma= =chó morbus ortus est, symptomata manifeste indicant. Emeticum Tart: Antimonii et Potassa vel Pulv: Ipecacu= anha adhibere nobis fuit praxis in primo gradu. _ Hoc facto, tractationem prosequebamur, strenuum catharticum adhibendo, aquam quæ sulphurico aci= do acescebatur, pro communi potu dando, levi diæta et ægrum in bene ventilato cubiculo detinendo. _ In quoque casu hæc forma ægrum restituit sine ullis injucundis sequelis, sicut opthalmia, Tusse vel intu=

mescentibus pedibus et cruribus œdematasis. — Nigra, picea, faces, quæ catharticis evacuata sunt, utilitatem e=orum attestabantur. — Eô tempore valibat Roseola et per Aprilis mensem multi cum affectionibus pneumonicis tentabantur. — Qualis fuit velocitas et aggressus vis in nonnullis statibus, ut aliqui, qui in suis quotidianis re=bus occupabantur, cum solita valitudine et hilaritate, sine præmonitione levissima, imo electrica velocitate aura tali acuto dolore invasi fuere; ita ad propemodum res=pirationis facultatem illis auferendum; momento tem=poris, oculus, qui cum splendore nuper radiatus erat et vultus, qui splendido salutis rubore suffusus fuerat languido, sed significanti doloris oculo; et pallido, fri=gido, mastoque vultui miseriæ et elapsæ salutis mutati sunt. — Sed symptomata usitatissima quæ istas affecti=ones introduxere, languor, anorexia fuerunt, et vagan=tes in pectore dolores, dorso et lateribus, febrê; oppresso pulsu et frequente. Progresso morbo, positus fiebat dolor in dextro vel sinistro latere, nonunquam sub sterno et in parte dorsi opposita. — Permagna

febris fuit, sua crura et brachia æger torquebat, corpore coercito intolerabili dolore, quem istius motus provocabat; dura et sicca fuit tussis, ruberrima urina, et sedimentum deponens, aut adstricta alvus vel diarrhœa comitavit. – Perspicua venasectionum liberalium et iteratarum commoda fuere; ita sanguinis duarum aut trium detractio librarum aut semel vel intervallis morbum transformavit. – Pulsus, qui, antequam oppressus erat, nunc plenus, durus et frequens fiebat, levior tussis et dolor; idcirco æger liberius, facilius et sine dolore respirabat. – Stipatis his symptomatibus diarrhœa et multa inquietudine; ad reddendum opem venasectioni activæ, eminente beneficio pulveres compositi Nit: Potassæ, Opii et Tart: Antim: et Potassæ dati sunt. Conscius sum, ut pulsu duro et frequente, opii usus plerumque sit comitatus malis eventis, et certo ordine, juste reprehensus est; sed quod indubiæ utilitatis fuit in casibus, quibus allusi amplum testimonium eorum eventus edidit. – Aliæ conjunctiones et diversi tractationis modi impensi sunt, sed quan=


=tò mea experientia extendit, tanto magis istius suc=
cessus, quam enumeravi praeponderat. — Non dubito
quin opii actio ab illis compositus modum adhibebatur;
sed non itane fuerat ista magis situ agri peculiari? —
Istis casibus, quibus alvus erat torpida parvae doses Sulph:
Magnesiae, vel Sulph: Sodae exhibitae fuere, quantum so=
lutam alvum habere; auxiliari in excitationem redu=
cendo, pulveres antimoniales administrati sunt. ——
Motu arteriarum aliquantulum diminuto, magnum
vesicatorium dolorificam partem superpositum est. —
Tusse relaxata expectorantia et demulcentia in usum
trahebantur, sed tusse dura, sicca, egente exscreatione,
conjunctio Protô Chlor: Hydrargyri, et Pulv. Ipecacuanhae
sanationem perfecit. — Emaciata eorum corpora Pleuri=
tis tentans, qui epidemicum morbum passi fuerant
tempestatis postremae et discruciati erant per hiemem,
diversam tractationem exigebat. — Maximam curam et
discrimen venasectio requirebat, revera contrarium
remedium plerumque erat consecutum. — Nobis erat
medendi ratio, pulsu pleno, duro et cito; acuto dolore,

octo, vel decem sanguinis uncias mittere, quod multum prodirat; sed non unumquamque observabam, in quo utiliter venasectio repeteretur. — Pluribus pulsus debilis erat et tremens, cutis ardescens, lingua crustata, dolor pungens, praesertim sub inspiratione, brevis tussis et fere perstans, stomachus plusve minusve turbatus, intestina tarda. — In talibus casibus curationem incipivimus mercuriale catharticum dando copulatum particula S. Antimon: et Potassae quoad prompte stomachum et intestina ciere, quo effecto, remedia perduximus ponendo permagnum vesicatorium in partem dolore affectam, et stimulantia et tonica praestando permista; sine controversiâ optima fuerunt Carbonas Ammoniae et Pulv: Rad: Colombo: Pectus Cinchona semper astringebat, et tussem et dolorem augebat. — Nobis erat praxis decem vel viginti granas Carb: Ammoniae adhibere, cum triginti vel sexaginta Pulv: Colomb: pro re nata. — Medico vicini oppidi instruor, in cujus proximitate morbus typhodi frequentius inclinabat, ut cum diligentissimo et usu perstanta



potentium stimulantium auxilium spirituosi balnei, cataplasmatum et vesicatoriorum introvocare coactus est, reactioni systema excitare et mortis ictum depellere, qui impendere videbatur.— Aegri redeunte salute, sed adhuc sicca et dura tusse Scilla et Gum Ammoniacæ conjunctionem nostra confidentia dignam inveniebamus.— His sine effectu, levis salivatio etiamsi postremum fiebat, certum profugium et fidele fuit.—


Calidus erat menses Junii imbribus frequentibus.— Medio Thermometri septima hora AM. 66°.16" et secunda hora PM. 80°.28" Tametsi imbres dixi fuisse frequentes, tamen non satis ad herbas vigendum; rivi aquæ decreverant.—— Initio mensis sani fuerunt populi, nullo morbo grassato. In mensis finem multi diarrhœâ tentati fuerunt, quæ in nonnullis casibus percontumax fuit.— Prosperissime Emeticis Pulv: Ipecacuanhæ, secutis catharticis. P. Rhæi et Proto Chlor: Hydrargyri, et Pulvere Doveri ista tractata fuit, potentiaque styptica aliqui efflagitabant.— Julii et Augusti menses callidissimi et aridi erant.— Medio Thermometri per Julium septima hora AM. 67°.42 et secunda




hora P.M. 85°.44′ et per Augustum sept: horâ A.M. 64°.48″ et secundâ horâ P.M. 85°.46″. —— . Siccitas, quâ noster comitatus pèr has tres menses affectus est, sine exemplo est in civium memoriâ maximorum natu; capilli è paucis quorum à gelu nonaginta hiemum, dealbati sunt. —— Copia, quam agricola ver promittebat, mæste perdita est. —— Pascua et arbores vestimentum assumpserunt, quod illa à gelu Octobris solebant accipere. — Crepido Conocochea-que, (non parvum flumen) quæ pèr nostrum comitatum volvit, et aqua perplures molarum suppetitat in radiis solis maximam fundi calculosi partem exposuerat; dum stagna molaria ipsa putredinis et pestilentiæ latibula fiebant. — Morbo solum ipsum affici apparuit. — Reverà comitatus lamentabilem aspectum ferebat. — Multi eorum, qui cum Epidemico postremi autumni erant vexati, in mensibus Aprilis, Maii et Junii, alteram ejusdem tentationem morbi habuerunt. — Sed quemque (certè dicam) morbus in mense Julii et Augusti alterùter recurrit, universè prævaluit, invadens nòn solùm convalescentes aùtumni postremi, sed illos, qui evadere istum

ita fortunati fuerant. — Hac tempestate morbus ad fluminis ductus non adeo hæsit, ut postremâ. — E contrario collium incolæ longinquorum ab ullâ aquâ morbo subjecti fuere. — Sed occidentalium, incolæ collium à crepidinibus isto singulariter expositi sunt, multo magis illis, qui in ipsas ripas habitabant. — Languor, lassitudo, oscitatio, anorexia, vomitus et pervagantes dolores tentationis prodromi erant, sed plerumque ejus accessus insigniter insidiosus fuit. — Aliqueis hebdomedis conquerente ægroto de levi capitis dolore irregulari, molestâ pigritiâ et tarda alvo, præviis ad formaliora symptomata. — Tertiana Intermittens febris hæc semper fuit, etsi casus occurrerunt in quibus morbus revertit, et quotidiè terminavit, paroxysmis inæqualibus; sed alterni similes fuerunt, sic levior levioribus, severior severioribus quoque die tertio conventus fuit; igitur morbus (ut Senac,) è duabus tertianis compositus est. — Rarissimè horror tribus horis diutiùs duravit et secundùm durationem et hujus vim, sic duratio et vis gradus caloris et sudoris


fuerunt. — Duo casus ante oculos meos acciderunt, in quibus horror sudorem sequebatur. — In nonnullis, stupor et in aliis magna inquietudo pro horrore ostendit, sicut abnormes istius morbi proteiformi. — Remedia. — Quod attinet ad venasectionem nostri medici dissentiunt. — Causam cujus explicare recurrendum est nobis ad inscientiam istius usu. — In morbi principio, ubi inflammatorium typum assumpsit, doloribus capitis, dorsi, et lumborum auctis, venasectio multum profuit, vertiginis, delirii, stuporis, et aliorum adventum malorum præveniens, quæ in nonnullis casibus evenerunt, ubi venasectio ommittebatur. Ista, Emetica et Cathartica (et Cinchonam dicam) fecit tutiùs et efficaciùs agere. — Etiam morbo progresso, ægris robustis, et valente habitu (præsertim in mercenariis) sæpe phlebotomia repetenda fuit. — Mittere sanguinem in apyrexia calore vèl sudore præstitit. — Per famam intelligo dè Marylandico medico, qui in curando hunc morbum celebritatem acquisivit,) cujus praxis fuit in horrore sanguinem detrahere. — Pauci, in quibus istam expertus sum, praxim damnant. — Emetica. — Ad-



hibito Tart: Antim: et Potassa, quod stomachum evacuare, et potentem impressionem in eum facere, inæstimabile remedium, imo necessarium fuit. — Sulphas cupri, Sulph: Zinci et Pulv: Ipicacuankæ minoris fuere. — Cathartica. — Iste intestinorum torpor, qui postremo autumno fere quemvis, sub hoc morbo comitavit, non sic universus fuit; sed in nonnullis pertinacissimum et permolestum symptoma erat, efficacissimorum actionem catharticorum resistens. — Conjunctionem Bitart: Potassa, et Pulv: Convolv: Jalapa esse optimum medicamentum, intestina incitare comperi. — Hanc cognovi prospere cedere, postquam Calomelas, Convolv: Jalap:, Convolv: Scammonia, Cuc: Colocynthis, et Podoph: Peltatum, per se, et in variis mixturis defecerant. — Ista (tametsi magna) egregie, ad irritabiles stomachos aptabatur, ista retenta, quando ipse Calomelas rejectus fuit. — Nihilominus calomelam nequaquam posthabebam; e contrario certe scio apothecas medicamenti nihil comprehendere, quod isti vicarium supposueram, et ex quo eadem utilitate sanabili potitus



ipsem.— Sine ejus qualitate intestina movendi, operationem sui generis edidit, quæ nostro morbo istum secundavit.—Arsenicum.— De virtutibus Herculeani medicamenti sententiæ nostrorum medicorum in compescendo morbum omniño dispares erant.— Ità dum nulli, qui liberè isto usi fuerunt, dicunt praxim fuisse felicissimam; non desunt alii, in numero et notâ pares, qui remedii efficaciam infamant.— Discrepantia tanta vix explicanda, et plurimum detrimentum —nostræ arti fert, (præsertim in vulgaribus animis.)— Libere adhibui, et istum vidi, et exitus observationis meæ est, in casibus istis, qui frequenterì venæsectionem febrem reducere exegerunt, utile erat (et certe adaptatum peculiariter dicam) sed vicè versâ aliis.— In istis, qui iteratis morbi lapsibus vexati sunt, debilitati suntqûe, Arsenicum pessima mala fudit.— Cinchona.— Species Cinchonæ et impuritas tales fuerunt, quâ major nostri comitatus pars suppeditata fuerat, ut nota, visqûe sanandi maximè, (non necesse est mihi prædicare) iniqûe



diminutæ sint. — In multis locis ægros utentes muci=dâ cinchonâ cognovi, ipsa sufficiente mala eventa procreare. — Sèd, credo, quòd Cinchona pura Rubra nimiâ laude non potest affici. — In casibus perplurimis exhibui, non unquamque me frustravit. — Tempore hoc sua potentia fe=brifuga tantâ confidentiâ me inspiravit, quòd opinor, si sagaciter utatur, merito summis laudibus digna erit, quæ isti data sunt, aut ardentissimis patronis possunt dari. Tela Aranearum, Carbo Ligni, Sulphur, Eupatorium Per=foliatum, Prussias Ferri et alia remedia, quæ in curan=do intermittentes curam attraverunt, æquè experta fu=erunt, quorum exitus me promulgare defendit, ut cor=ticis fama detraheretur eam cum istis componendo. — Sic partim de maximè conspicuis modis tractavi, qui nostrum sanare epidemicam frequentati sunt. — Nunc paucis verbis medendi rationem reddam, quæ sub meum oculum felicissimo evenit. — Si morbo in=cipiente meam opem æger imploret, sanguinis quanti=tatem respondentem ætati, vigorique et vi morbi detrahebam, nisi aliquid præveniebat. — Post venæsec=

=tionem Tart: Antim: et Potassæ, emeticum adhibeba=
tur, quo secuto mercuriali cathartico aut Bitart:
Potassæ, et Pulv: Jalapæ conjunctione cursum morbi
cohibuit. — Sed ægroti, in quibus morbus se perfecte
expanderat; (vidilicet quibus paroxysmi erant clari)
hunc methodum adhiberi requirebant; — Sic si de pro=
prietate venasectionis dubitarem, in paroxysmo vi=
dere æquum procrastinabam. — Si gradus calidus
excruciante capitis dolore, vel delirio, stipatus sit,
respirationis difficultate, in regione stomachi, He=
patis dolore et intestinorum, tendinum subsultu, pul=
su duro, plenoque vel cute fervida, phlebotomia usus
sum; et abertim sanguinem emittere; postquam li=
bere aquam fontanam adhibebam, et eam ad totius
superficiem corporis applicabam; Hæc semper eam
sedavit et velociter feliciterque per calidum gra=
dum conduxit, sudoris gradum afferendo. — Frigida
vim aquæ imminuenti corporis calorem ad sudoris
punctum adjudico. — Quia opinor,* "Intermittentium fer=
"vorem febrium majorem esse quam forsitan primo exis=

* Interpret: Senac: à Caldwell. — Page 41. —

"=timaretur. Fervor etiam ardentior est, qui acutissimas
"febres plerumque comitatur. — Proximo die, viginti vel tri=
ginta grana Calomelæ adhibita sunt cui actionem da-
re, solutionem Bit: Potassæ in decoctum Sennæ exhi=
bui. — His frustra, alvum cire, conjunctioni Convolv:
Jalapæ, et Bitart: Potassæ recurrebam. — Sequente die,
exspectato paroxysmo et horâ accessus prædie notatâ,
Emeticum dabam illum præire. — Sic paroxysmo ex=
pectato duodecimâ horâ (isto tempore plerumque
accidit,) dosis T. Antim: et Potassæ undecimâ horâ
administrata fuit, quæ in plurimis casibus istum
compescuit, semperque, saltem curtavit. — Ut primum
gradus sudoris paroxysmum terminaverat, et apy=
rexiam effecerat; Cinchonam adhibui, quantum
stomachus posset accipere, donec antecedente horâ
istam, in quam proxima revolutio eveniret, quo tem=
pore largam dosem Camphoræ, T. Antim: et Potassæ,
et opii commistam præbui. — Ægro lecto affixo jussi
lateres fervidos pedibus applicari, tepidosque poti=
ones dari; occurso, confectoque paroxysmo ad cin=

chonam redibam. — In Hac curatione permanui donec meis agris sanitatem redderam. — Si paroxysmus stupore, comâ inchoaverat, spiritum vini dedi bibere, in extremitates cataplasmata stimulantia posui, et superficiem corporis vini spiritu, aliisque Rubefacientibus fricavi. — A levibus causis ista propensio revertendi, quam febres intermittentes relinquunt (quaque certe peculiaritatum illarum non minimum est,) hac tempestate speciatim molesta fuit. — Efficientissimi modi, reverà soli interceptionis, quibus cognoscor, Cinchona Cathartica que fuerunt. — Meos ægros instruebam mane quoque vesperique portionem Cinchonæ parvam, et Catharticum pro re natâ sumere. — Qui methodus continuatus vix unquam mea vota fallebat. — Iterati morbi lapsus, ut primi aggressus, tractati fuere. — Universa principia, symptomata abnormia gessa sunt. — Postremo Julii mense dysenteria incipiebat, et per mensem Augusti crescebat. — Secus montium radices hic morbus præcipue gras=

=satus est. — Initium, cursus, et tractatio, sicut in comi=
tatus interiore se ostendit, et secus Austrinum mon=
tem, à solità forma nòn distulit. — Sola comitatus
pars, in quâ morbus cum ulla peculiaritate pro=
gressus erat, in orientale montis latus septentri=
onalis sita fuit et unius quadram milliaris com=
prehendit. — Hujus incolæ agelli morbo primi sub=
jecti erant. — Causa latet nec ad ullum pro=
babilem fontem vestigetur. — Contagioni istam
rustici attribuunt, ab infante oriente, qui in
vicinitate latus erat, dum dysenteriâ afficiebatur.
— Tametsi existimo, hanc difficultatis explicationem
claudissimam esse; tamen rebus sic stantibus, nòn
miror, ut persona legis et naturæ epidimicorum im=
perita, causam isto remiserent. — Socios familiæ pa=
tet, in quam infans latus erat, primos fuisse mor=
bo adortos, etiam omnes agelli incolas istius familiæ
fuisse consanguineos et magis minusve cum istâ, dum
excruciabatur. — Non aquæ recesserant et vicinâ aquâ
melioris fuissent. — Profecto quaquam res vulgari fidei

fav

in

tate

tam,

nat.

Unde

et ii

perp

mere.

sang

Ubi

febri

tis n

nihil

morb

iste n

cum

na c


gradi

one

favere exstabat. — Sed causam ascribere maluerim in calô occultæ temperationi cum aliquâ peculiaritate illorum modo vivendi, qua ob consanguinitatem, non dubium est mihi, aliquatenus similis fuerat. — Hic singularis epidemicus (aut appellaretur endemicus) in progressu insigniter rapidus fuit, et si àb usu remediorum maturo non compescebatur perpaucos dies tenerum vitæ filum requisivit dirimere. — Dolor, Tormina atque Tenesmus vix pati possunt, sanguinei fluxus copiosi fuere et plerumque profusi. Etsi hæc symptomata insolite violenta fuerunt, tamen febrilia inflammatoria actionis morbum vehementis non indicabant, è contracio febris mitis fuit; nihilominus in mortificatione ocyùs desiit illo morbo in medecina annales relato. — Felicissime iste morbus à frequenti mercurialium catharticorum usu et adhibitione pulveris Doveri opportuna cum tepido balneo moderatus est. — In primo gradu opus erat aegrum constanter ferè sub operatione cathartici medicamenti habere; hoc solo methodo

vehementia symptomata levandi.— Hoc perfecto, pulvis Doveri cum tepido balneo usus fuit, perstititque, quod maximi fuit.— Operæ collatio remediorum horum certe ad hunc gradum aptabatur, plerumque satis cum idoneo regimine et vestimento ægrotum recreare.— Non dicam, quod venæsectionis effectum fuisset, ista ullo symptomate evidente non repetebatur, et successus purgandi me nolentem fecit experiri.— Omnes illi (præter unum) mortui fuere, qui medicinali tractationi non subjecti fuerant.— Infans exceptus pertinaciter ullo medicamento aspernabatur uti, et efficaciter omnibus conatibus vis resistebat; quum aperte articulo mortis Diarrhea sponte occurrit, et felicem finem edidit.— Revera insigne est, ut in cursu morbus tam violentus et rapidus, eventuque sic fatalis si imperturbatus, simplici comparate tractationi cesseret.— — — — — — — — — —

Per postremam, præsentemque æstatem meæ notationes mihi plane indicaverant, quod nostrorum plerique morborum Epidemicorum gastri afflictu et



intestinorum exoriuntur, etiàm curatio purgandô praestat, et itidèm de lamentabili facto convicerunt, ut ille, qui in medecinæ scientia versatur, videt (et semper metus videbit) nòn solùm in speculationibus suis quòd àd causam originemquè; sed in morborum tractatione.—

"Collis supereminet colli et Alpibus Alpes"

